

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De orthographia dictionum e Graecis tractarum

Johannes <Tortellius>

[Venedig], 12. Nov. 1484

|

[urn:nbn:de:bsz:31-299711](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299711)

- I**nhibeo simili modo aspirationem mediam seruat.
- I**nhabilis eodem modo scribi habet.
- I**ncho hac ratione aspiratur in medio: ut secunda. *f.* uocalis per aspirationem auctiore & differenti spiritu a prima eiusdem speciei littera sonare uideatur: & licet in aliis temporibus & personis secunda uocalis in aliam commutetur: tamen ne a principali discrepent: aspirationem conseruant.
- I**nchoo cum aspiratione post. *c.* scribendum asserunt: alii ab ipso. *c.* amouentes: inter duo. *o.* collocant: ac inchoo scribunt.
- I**nhorreo aspiratur in medio: ut supra uidimus in abhorreo.
- L**achryma teste Gellio li. ii. noctium atticarum cum aspiratione post. *c.* scribitur: ex eadem ratione: quam diximus in dictione ahenum.
- M**ihi cum aspiratione in medio scribitur: nec ante aspirationem habet. *c.* consonantem: ut in antiquis marmoreis inscriptionibus romae aspeximus: nec ut puto cum sono eius consonantis proferebatur: sed cum ab incisiis quibusdam cum. *c.* littera ante aspirationem scribi coeptum fuerit: eius litterae sonum assumpsit: quem etiam ea dictione nunc quoque recte descripta conseruat. nam tunc quoque ut scribebatur: sic prolata sine. *c.* fuisse existimo: quod simile de nihil & nihilum puto. At nonnunquam a nostris mi unica syllaba absque sequenti aspirata scribitur: & profertur. Iuuenalis in satyra Omnibus in terris: Pallidulus mi Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram: similiter Catullus: Lesbiam mi dicit semper male. idem alio in loco: Minister uetuli puer phaleri mi Inger mi calices amariore. Virgilius: Et mi genus ab Ioue summo. Quod ex graecorum imitatione profecisse puto: qui uos scribunt & dicunt: ita ut diphthongus ipsa *oi* in. *i.* nostrum sit conuersa: quae in. *ce.* conuertere debuit: & dici *moe*: quod teste Festo antiqui nostri obseruauerunt dicentes ac scribentes *moe* *cu* *z.* *ce.* diphthongo pro *mi*. Vnde in emendatissimo Gellio circa initium libri. xi. noctium atticarum scriptum reperiri ita *ce* cum. *ce.* diphthongo in fine pro itali.
- N**ihilum cum aspiratione media scribitur: a quo per apocopen extremae syllabae factum est nihil: & per syncope *am* *nil*. Quibus hoc modo teste Seruio super. vi. aeneidos in constructione utimur: ut si pars sequens orationis a uocali inchoet dicimus nihil: ut Virgilius:
Heu nihil inuitis fas quenuquam fidere diuis. Si autem a consonante initium sumat nihil ponimus. ut Iuuenalis: Nil tale expectas: & tamen nil producit cum nihil corripitur.
- P**ulchrum cum aspiratione post. *c.* scribi consuevit: quae teste Seruio & Prisciano in dictionibus latinis regulariter post eam consonantem aspirationis nota nunquam scribatur.
- P**raehendo aspiratur in medio: ut secunda uocalis per aspirationem auctiore & differenti spiritu a prima eiusdem speciei littera sonare uideatur. Quod si quis quaerat cur in *Beem* *Creem* *Screem* & ceteris huiusmodi nota aspirationis non ponitur: respondemus: ne a principalibus discrepare uideantur. nam *Beo*: *Creo*: *Screo* aspiratione carent: quare & ceterae personae etiam si eiusdem speciei uocales habeant minime aspirantur.
- P**erhorreo in medio aspiratur: ut supra uidimus in dictione abhorreo.
- S**epulchrum cum aspiratione media a plerisque scribitur: ut pulchrum: de quo supra uidimus.
- T**raho cum. *t.* simplici & aspiratione ante. *o.* scribitur. idque fieri dicunt ut in secunda & tertia persona a uerbo differat *Traeo*: quod minime aspiratur: & ex trans & eo componitur. nam quemadmodum transpono cum. *ns.* & traiono absque. *ns.* scribitur: & transduco ac traduco similiter: ita etiam transeo & traco ueteres protulerunt.
- V**chemens cum aspiratione media scribitur: & (ut aiunt) dictum quasi uehat eminenter. alii ob id quoque aspirari dicunt: ut augmento spiritus eadem uocales in eadem dictione proferantur: ut de praehendo diximus.

De aspiratione terminali.

Estat ut de terminali aspirationis nota aliqua pertractemus: quae sane in nullis dictionibus latinis reperitur: praeterquam in paucis interiectionibus: ut *Ah* *Vah* *Oh*: quae Prisciano teste per apocopen ultimae uocalis proferuntur. Quod similiter nec in dictionibus graecis comperiri libet. At in barbaris quibusdam post tres mutas terminalis habetur: uidelicet post. *c.* *p.* & *t.* ut Sadoch Ioseph Deleth. Et haec de aspiratione dicta sufficiant.

Dictionum graecarum & latinarum: quae scribuntur per. *h.* litteram tam in principio medio quam in fine orthographia finit: Incipit earum quae ab. *i.* uocali scribuntur.

A cum. *i.* latino scribitur: fuit minor Athlantis filia: de qua Homerus libro. xiiii. odyssae ait: *Τὴν μὲν Ἴανηίδην*: est etiam interiectionis exultantis.

Iachus cum. *i.* latino & *ch.* aspirato scribitur: nomen est Bacchi: quod deductum uolunt ab *ia*: hoc est eiusmodi uoce: & *χέων* hoc est fundens: quasi eiusmodi laticiae uoce clametur. alii uero componi uolunt ex *ἰνοσ* quod est uinum per abiectionem partis diphthongi: & commutationem aliarum litterarum in. *a.* uocalem: & *χέων* quod est fundens.

- I** alysus cum .y. græco in penultima scribitur: fuit urbs cypri
- I** ambus cum .i. latino & sine aspiratione scribitur: pes est cōflans ex prima breui & ultima longa: sic quoq; dictus ab inuentore: ut in glosula quadam Aristarchi super Homerum comperi.
- I** anira cum .i. latino utrobique scribitur: fuit teste Hesiodo in theogonia Oceani & Tethyos filia.
- I** anysus penultima cum .y. græco scribitur: fuit teste Herodo. li. historiarum. i. urbs in arabia.
- I** antha cum .th. aspirato scribitur: fuit nympha Oceani & Tethyos filia: ut rettulit Hesiodus in theogonia.
- I** apyx huius iapygos prima cum .i. latino in initio: sequens cum .y. græco scribitur: fuit Dædali filius: a quo ea pars Italiae quæ calabrya dicitur Iapygia dicta fuit: ut dixit Herodotus: & Solinius confirmavit. De quo Virgilius libro æneidos. xi. Victor gargani condebat iapygis agris: pro gargani iapygi: ut exposuit Seruius: nā eo teste garganus mons est in iapygia: qui per calabryam usq; in hadriaticum tendit pelagus.
- I** apix cum .i. latino utrobique: & simili modo declinatur: uentus est: quem quidam circium uocant. Gellius uero caurum p̄modum existimat: de quo meminit Lucanus libro. vi. cum ait:
Excipit aduersos zephyros & iapiga pindus.
- I** apis cum .i. latino utrobique: & .s. consonante in fine scripto: huius iapidis declinatur: fuit nomen ætholi: qui ad Veneciæ partes deueniens oppidum de suo nomine condidit: a quo & ea Veneciæ pars ubi fluuius est trimanus simili modo cognominata fuit: ut Virgilius libro Georgico. iii.
Castella in tumulis & iapidis arua timai.
- I** apetus cum .t. exili scribitur: & habet accentū in prima: fuit teste Hesiodo in theogonia Titani filius ex Asia coniuge: ex qua etiam Prometheum genuisse Epimetheumq; & Hesperum atq; Atlantem dixit.
- I** ason cum .i. latino in principio & unico. s. scribitur: fuit Aesonis filius fratris Peliae regis thessaliae: quem cū Rex Pelias perditum propter insignem periculosamq; regno suo uirtutem cuperet: denunciata militia in colchos eum abire iubet: pellemq; arietis memorabilem gentibus reportare mandat: sperans interitum uiri: aut ex periculis tam longe navigationis: aut ex bello tam profunda barbaria: ut hæc & alia quadragesimo secundo libro sui epitomatis scripsit Iustinus. Diodorus uero siculus libro historiarum quinto narrat: Iasonem cum argonautis quo tempore ad colchos delatus fuit: Medeam iuxta littus ubi templum erat Solis comperisse: quæ ob suam humanitatē a crudelibus parentibus sub libera custodia expulsam fuisse ait: cui causa aduentus patefacta ipsa iminens a patre periculum crudelitatemq; in hospitem explicans: ut cauerent admonuit. interim forma Iasonis capta & communicato consilio Medea se adiutricem ad perficiendū certamen propositum pollicita est: ita ut Iason iureiurando data fide uxore; illas (quoad uita superstes eēt) sibi futuram spondit: cum qua argonautæ relicti in templo custodibus: ad reliqua peragendo profecti sunt: prout ab ipso Diodoro late enarratur: & ab Ouidio libro septimo metamorphoseos: Et duodecima heroidum epistolarum: quin & ab aliis poetis græcis & latinis: qui argonautica scripserunt reliqua referuntur: & aliqua uidebimus in dictione Oeta. Sane in hac dictione Iason ponitur illud. i. a poetis: quādoq; uocalis græco more: & quandoq; consonans: ut Ouidius in duobus uersibus utrunq; obseruauit: cuius ait libro septimo metamorphoseos:
Ut sine amore licet. quid enim commisit Iason.
Quem nisi crudelem non tangit Iasonis ætas.
Nam in primo uersu est. i. uocalis in secundo uero consonans.
- I** aspis cum .i. latino scribitur: lapis est preciosus: de quo Plinius libro. xxxvii. naturalis historiae ait: iaspis de græco in latinum uiridis gemma interpretatur. Et subdit: Eius uocabuli compositionem: quæ adeo inemendate in omnibus codicibus scripta habetur: ut nec ego nec alii uiri græcorum doctissimi elicere potuerim? Quare subdit idem Plinius: Est autem uiridis sicut smaragdus: sed crassius coloris. Alii uero putant magis cōponi ex iron quod est uiola: & wāō totus: quasi totus sit uiolaceus: cuius primus. i. nonnunq; uocalis: ut Iuuenalis in quarta satyra: Præclara illic laudatur iaspis. Aliquando autem & consonans esse potest: & uocalis: ut Virgilius libro æneidos. iiii. Stellatus iaspide fulua.
- I** berus cum .i. latino in initio: & absq; aspiratione scribitur: ut clarissime monstrauimus in dictione celtiberi: fluuius est hispaniæ nauigabili cōmercio diues: ut dixerunt Plinius & Solinus: & oritur in cantabris sub radicibus montis pyrenæi: ut asserit Albertus alamanus: a quo uniuersa hispania iberia olim dicta fuit: ut Virgilius libro septimo æneidos.
Tyrrhenosq; boues in flumine lauit iberas. i. hispanicas.
Tandem in balearicum mare sub feraria promontorio cadit.
- I** beria absq; aspiratione: & cum .i. latino utrobique scribitur: dicta est hispania ab iberio fluuiio: ut testatur Plinius libro quarto naturalis historiae. Est etiam prouincia quædam alia iuxta pontum inter colchida & armeniam: a Rege quodam cognominata: de qua Horatius.
Herbasq; quas colchis atq; iberia mittit Venenorum ferax.
& Virgilius libro. viii. Pictus acu clamydem & ferrugine clarus iberas.
- I** bis cum .i. latino utrobique scribitur: aus est nili fluminis: quam semetipsam rostro per anum purgare dicunt

uelciqui serpentum ouis: & ex eis gratissimam escam suis nidis reportare. Iuuenalis in ultima satyra.

Ille pauet saturam serpentibus ibim.

Quam quidam ciconiam esse uolunt. Est etiam Ibis proprium nomen hominis: quod fingit Ouidius in imico suo: contra quez opusculum: quod in Ibis inscribitur: composuit: uoluitque Archilochum nomine inimitari: quod dicit his uersibus.

Nunc quo betiades inimicum deuouet ibim:

Hoc ego deuoueo teq; tuosq; modo.

I byx ultima cum. y. græco scribitur: genus est siluestris capreae pernicitatis admiranda: ut ostendit Plinius libro octauo naturalis historiae.

I carus cum. c. exili scribitur: fuit filius Dædali: qui cum patre e creta fugiens fractus alarum fiducia: ultra parentis iussa altius euolasset: & solis ardore caera qua pennae continebantur: liquefacta esset: ita ut ab alis deducerent: in mare decidit: quod est inter myconem & gyarus: quod de suo nomine ab inde icareuz mare deductum est dicente Ouidio libro tertio de tristibus:

Icarus immensas nomine fecit aquas. Vnde Iuuenalis: Et mare percussum puero fabrumq; sonantem. Sane Varrò teste Solino Icarum cretem dixit ibi naufragio interisse: a cuius exitu locis nomen impositum fuit.

I carius cum. c. exili & i. latino ante. u. uocalem semper ab Homero: & aliis poetis scribitur: fuit Oebali lacorum regis filius pater Penolopes ut dicit Homerus in odyssea: κόυρη κάριο τῆνκε λωττεια: & ut puto ex Dorodoche filia Orsilochi: quam teste Homero in. xv. odyssea uxorem habuit. Fuitque Liberi patris comes cui ob iusticiam & pietatem loco muneris uinū dedit: ut eius usum mortalibus demonstraret. Quod cum messoribus suis ad potandum dedisset: & illi ebrii efficerentur: post somnum ad se redacti: putantes ab illo uenenum accepisse: eum interemerunt: quod altera filia Erigone comperiens: dolore percita laqueo se suspēdit ut Iginus latissime de astronomia poetica pertractauit: & Seruius circa finem libri secūdi Georgicorum tetigit. Est etiam Icarus simili scriptura: ut Pli. li. iiii. naturalis historiae attestatur: mons in attica regione.

I con cum. i. latino in initio per abiectionem. e. & c. exili scribitur. nam apud græcos prima ei diphthonguz habet uidelicet εἰκων: & latine effigies dicitur: quin & simulacrum & imago per unicum. m. & statua: & inde iconia effigies omni proprietate expressa dicitur. Vnde Plinius libro. xxxiii. naturalis historiae ait: Effigies hominum non solebant exprimi: nisi aliqua industriae causa perpetuitatem merentium. Et primo sacrorum certaminum uictoria maximeq; olympiae: ubi omni qui uicisset: statuas dicari mos erat. Eorum uero qui ter ibi uicissent: ex membris ipsorum similitudine expressa: quas iconas uocant. Et parum superadixerat: romae simulacrum ex ære factum primum repperio ex peculio Spurius Cassii: quem regnum affectantez pater ipsius interemerat. Transit a diis ad hominum statuas atq; imagines: quas multis modis antiqui tingebant: bitumine: & quæ magis mirū est: placuisse auro integere. hoc nescio an fuerit romanum inuentum: certe etiam romae non habet uetustatem. Et infra subdit. Athenienses nescio an primi omnium Harmodio & Aristogitoni tyrannicidis publice posuerunt statuas. Hoc autem est eodem anno quo & reges romae pulsi: excepta deinde res est a toto orbe terrarum humanissima ambitione etiam omnium municipiorum: & fori statuarum ornamentum esse coepere: prorogarique memoria hominum & honores legi & basibus inscribi: ne in sepulchris tantum legarentur. mox & in domibus priuatis factum atq; in atriis colentium: qui instituerunt sic colere patronos. togata effigie antiquitus statuae dicabantur. Placere & unde tenentes hastam ab ephesiorum gymnasiis exemplaribus: quas Achilleas uocant. Græcis mos est nihil uelare: ac contra romani militia thoras addere. Caesar quidem dictator lorica tam sibi dicere in foro suo passus est. Nam nuper facta & nouiciae sunt: quæ nuper prodire penulis induta. Fuisse autem statuatricem artem familiarem italiae: ut inquit Plinius: simulachra uetusta indicant. Hercules in foro boario ab Euandro sacratus: ut produnt: qui triumphalis uocatur: atque per triumphum uestitur in habitu triumphali. Præterea ianus geminus a Numa rege dicatus: qui pacis bellique argumento colitur: signa quoque tuscanica per terras dispersa: quæ in hebruria facta sunt. Et ut idem Plinius in eodem libro scripsit: Rhodi etiam nunc tria milia signorum esse Mutianus. iii. eos prodidit. nec pauciora athenis: & olympiae delphis superesse creduntur. Est etiam icon figura teste Cicerone ad Herenium cum formæ ad formam euz quadam similitudine sit collatio aut laudis: aut uituperationis causa: ut ibat in præliis corpore tauri ualidissimi: impetu leonis accerrimi. similis iste quondam per forum tanq; iubatus draco serpit dentibus aduncis.

I cus cum. c. exili sequente. u. scribitur a Cicerone in rhetoricis breuis complexio appellatur.

I ctericus absq; aliqua aspiratione & i. latino scribitur: passio est ex diffusionem fellis procedens: colorez inducens similem animali: quod græci icterim uocant: ex quo nomen apud illos assumpsit. nonnulli uero ex nostris arcuatum morbum dixerunt: a similitudine arcus caelestis. At Varro auriginosuz ab auri colore: quo infirmos inficit appellauit. Iuuenalis tamen in satyra: Credo pudiciam. græco uocabulo usus est cum ait: Consulit ictericae lento de funere matris.

I chthyophagi: prima cum. i. latino in initio: sequente. ch. aspirato: secunda cum. th. similiter aspirata: & y.

- græco scribitur: populi sunt Solino teste: qui montanas indorum regiones inhabitabant: quos subactos magnus Alexander iussit a piscibus abstinere: quibus antea alebantur. Naz composita dictio est ex ichthys quod est piscis: & phago cum. ph. aspirato: quod est comedo.
- I** da cum. i. latino & absq; aspiratione scribitur: mons est & silua troianorum in phrygia: quam Homerus libro octauo iliados ferarum parentem dixit: & locum continere: quod gargaron uocant. Vnde etiam scamander & simois flumina maiora fama q̄ natura defluunt: ut scripsit Pomponius libro primo: & etiam eodem nomine mons alius in creta: dicente Ouidio libro fastorum quinto: Et creta nobilis ida. Virgilius similiter libro æneidos secundo inquit: Mons idæus ubi: unde quæ ab ida per eus formantur: per. æ. diphthongum scribuntur: ut idæus.
- I** dæus per. æ. diphthongum scribitur: & non solum appellatiuum: sed proprium etiam nomen ponitur ab Homero libro. vii. iliados: quem troianorum præconem esse dixit.
- I** das huius idæ cum. i. latino scribitur: fuit teste Homero libro nono iliados: omnium sui sæculi uirorum formosissimus: & maritus Marpissæ: ut in ea dictione uidebimus. Idem eodem Homie. teste arcu sagittisq; super Apollinem inuadere ausus est: ob Marpissam sibi adeo ereptam.
- I** dalius cum. i. latino & unico. l. scribitur: mons est in cypro Veneri sacer. de quo Virgilius libro æneidos. i. Aut super idalium sacrata sede recondam.
- I** dathyrsus penultima cum. th. aspirato & y. græco scribitur: q̄q̄ nonnulli græci indathyrsus cum. n. in prima scribere consueuerunt: fuit teste Herodoto & Plutarcho scytharum rex.
- I** dios cum. i. latino utrobique scribitur: & dicitur a nostris proprius.
- I** diota cum. i. latino utrobique: & t. exili scribitur: dici potest a nostris illiteratus uel litterarum ignarus. Quo uerbo doctissimi uiri: ut Hieronymus: Ambrosius: Hilarius: Augustinus: Cyprianus: & plures alii saepe utuntur. Cicero etiam in Pisonem: Sed plane animi sui causa ludos nobis idiotis relinquet. Et in eadem ea contentus quæ illi idiotæ (ut tu appellas) præclare dixerunt: hinc idiomata: ut aromata: ut themata: ut peristromata: ut emblemata: ut theoremata. & alia mille similiter prouenerunt.
- I** dolum cum unico. l. scribitur: nam licet apud græcos in initio sit ei diphthongus: nos tamen abiicimus. e. & ipsum. i. longum retinemus. & dici potest a nostris simulachrum. Et inde idolatria quasi simulachrorum cultura.
- I** dolatria cum unico. l. & t. exili atq; i. latino scribitur: dictio est composita ex idolorum latria. i. cultura. naz ἀειπέω uerbum: a quo latria deducitur: apud nos colo interpretatur.
- I** dothea cum. th. aspirato scribitur: fuit Præti regis argiuorum filia: ut ostendit Homerus in odyssæa.
- I** domeneus cum. e. absq; diphthongo scribitur: fuit Deucalionis filius & Erætes rex: qui strenue in expeditione troiana militauit: immo ut narrat Helena (Priamo Regi apud Homerum libro tertio iliados cretenses illum ut deum) in honore habebant. idem cum post euerfam troiam ad cretam reuerteretur (ut rettulit Seruius super tertium æneidos) orta tempestate uouit rem: cui primo in patria obuiaret se sacrificaturum: itaq; sospes reuersus cum primum filio obuiasset: illum (ut aliqui asserunt) immolauit: uel ut alii ferunt: cum immolare uellet: a ciuibus ob eam sæuiciam pulsus: calabryam adueniens: salentinum calabryæ promontorium occupauit. super quo petiliam paruum condidit ciuitatem: dicente Virgilio: Fama uolat pulsum regnis cessisse paternis. Idomeneia ducem defertaq; littora cræte. Et subdit in oratione Heleni ad Aeneam: Et salentinos obsedit milite campos Lyctius idomeneus: diæus itaque Lyctius a lycto ciuitate crætæ. Vnde teste Seruio pulsus fuit. de quo in dictione lyctus uidebimus: sub eodem militasse se scribit apud troiam Ditis cretensis.
- I** dumæa cum unico. m. & a. diphthongo a græcis scribitur: regio est in satyra teste Plinio libro quinto naturalis historię: a meridie quidem contermina arabie: a septentrione uero phœnicie: a qua libanus eam diuidit. habetque ciuitatem idumen phœnicie conterminam: & abundantē palmis: ut ostendit Lucanus libro tertio dicens: Et arbusco palmarum diues idumæ. Vnde idumæus idumæa idumæus: etiam pro epitheto palmarum ponitur a Virgilio tertio georgicorum cum ait: Primus idumæas referam tibi mantua palmas.
- Q**uin & regionem ipsam ab eo quoq; græco nomine phœniciam cognominatam puto: uel econtrario.
- I** dume cum unico. m. scribitur: ciuitas est contermina phœnicie: ut in præcedenti dictione uidimus.
- I** es cum. e. absq; diphthongo scribitur: ciuitas est achæie super promontorio eiusdem nominis: iuxta quod alpheus amnis præterfluens sex milibus passuum nauigatur. Et declinatur in genitiuo huius ietis. ex qua etiam patrium ietes deducitur: ut Homerum Aristoteles ietem esse putauit.
- I** esus absq; aliqua aspiratione: & cum. i. latino in principio scribitur. sic enim græce scribitur: ἰησοῦς quæ sane scripturam nos imitari oportet.
- I** elyfos penultima cum. y. græco scribitur: ponitur ab Homero libro iliados secundo: ciuitas Rhodi. Altera

etiusdem nominis narratur ab Herodoto in dorica regione græciæ :

- I** yrcæ prima cum. i. latino: secunda cum. y. græco: & ultima cum. e. exili atq. æ. diphthongo scribitur: populi sunt scythiæ ultra thissagetis: quibus teste Herodoto libro historiæ quarto contermini sunt & ppinquit
- I** larus cum. i. latino: & absque aspiratione: atque unico. l. a græcis scribitur: quæ scriptura & a doctis nostris obseruatur: & dici potest a nobis ilarus ilara ilarum: & hic & hæc ilaris & hoc ilare lætus.
- I** llyris cum duplicato. l. sequente. y. græco & ultima cum. i. latino a græcis iam scribitur. Nostri uero ut in triumphalibus. M. Plauti apud tybur comperi: cum unico. l. scribebant: uidelicet ob res in illyrico bene gestas. Et est prouincia: cuius fines latissimi sunt. Nam hinc est italia superiorq; germania: inde macedonia thracia & epirus: hinc sinus adriaticus: inde fluuiorum maximus nostri orbis danubius: & ab eo quod est illyris: illyricus deriuatur: ut Virgilius: Illyricos penetrare sinus.
- I** lus cum. i. latiuo absq; aspiratione & unico. l. scribitur: fuit Troi Regis dardaniæ filius: qui eam prouinciã a se Troiam dixerat: Et fuit frater assaraci: hic patruo in regno succedens: ciuitatem ampliasse scribitur: quam a se ilion dixit.
- I** lion similiter cum. i. latino absque aspiratione scribitur: regia fuit Priami: quæ & Troia a nomine regionis cognominata fuit: ab Homero & omnibus poetis cantatissima. Hæc teste Plinio libro quinto naturalis historiæ: mille quingentis passibus a portu remota erat: & subdit: Omnis rerum claritas extra sinum est.
- I** lias cum unico. l. & i. latino utrobiq; scribitur: opus est illud clarissimum Homeri: in quo bellum de ilio scripsit. Vnde Ouidius libro tertio de arte amandi: Quis nosset Homeruz: Ilias æternum si latuisset opus.
- I** lioneus similiter scribitur: & Ilione maxima natarum Priami & iliades crinibus sparsis atque iliacas ex ordine pugnas. Iliã similiter Romuli mater & Remi.
- I** lba cum. i. latino scribitur: insula est teste Virgilio libro æneidos decimo: Inexaustis calybum generosa metallis. Estq; in mari tusco a continenti distans decem millibus passuum. de qua dixit Plinius cum in aliis regionibus effossis metallis terræ sunt uacua: apud ilbam hoc esse mirum: quod sublata renascantur: & rursum de isdem locis effodiantur.
- I** lys ultima cum. y. græco scribitur: dicitur a nostris limus. Vnde limax deducitur.
- I** mber cum. i. latino & sine aspiratione scribitur: deductumq; est a græco per commutationem unius litteræ o. in. i. nostrum. nam apud illos dicitur ὀμβρος sine aliqua aspiratione: & ut ait Lucretius: Omnia ex igni terra atq; anima nascuntur & imbre: a quo imbrices dici uolunt quasi sint imbrem recipientes.
- I** narime cum. i. latino utrobiq; & unico. m. scribitur: dicitur a nostris poetis insula: quæ sita est in tusco mari sinuq; campano: in quo mons erat instar ætne incendia eructans: de quo in dictione prochyta uidebimus. Quã obrem dixerunt Typhæum gigantes Iouis imperio sub illo comprimi. Virgilius libro æneidos nono: Tuq; sonitu prochyta alta tremis: durumq; cubile Inarime Iouis imperiis imposta typhæo. Et Lucanus similiter libro quinto. Homerus uero in secundo iliadis ait: ἔνναρι μοῖσσι quasi diceret ut a græcis componitur ἐνναρι μοῖσσι: hoc est in arimis montibus ορεσσι.
- I** nachus cum. ch. aspirato scribitur: fuit pater Ionis & primus qui apud argiuos regnauit: cui Phoroneus successit. hic a se fluuium achaiæ inachum nominauit: qui argolicum perfeat tractum: & ab inacho inachus chia chiũ deriuatur: dicente Virgilio libro Georgicorum tertio: Inachia luno pestem meditata iuuenæ. Et libro undecimo æneidos: Vltro inachias uenisse ad urbes Dardanus.
- I** nachis cum. ch. aspirato & i. latino scribitur: patronymicũ est foemininũ deductũ ab Inacho. nam sic quoq; Io filia Inachi cognominat: & facit in genitio inachidos Martia. in. xi. Nec petit inachidos limina ne futuat
- I** dathyrus cum. th. aspirato & y. græco scribitur: fuit rex scytharum: filius Sauli scytharum regis.
- I** ndia cum. i. latino utrobiq; scribitur: regio est orientalis asiæ terminus: quæ (ut omnes attestant) ab indo fluuio nomen assumpsit: itaq; ab oriente incipiens usq; ad asiam ex occidentali parte protenditur: ex meridiana uero usq; ad indicum mare: ex septentrione uero usq; ad caucasum. at indus ille fluuius teste Herodoto libro historiæ quarto solus post nilum crocodilos producit.
- I** ntyba cum. t. exili & y. græco in penultima scribitur: berba est capillosa & amara: cuius tenues capilli segetes ambiunt & necant: dicente Virgilio libro Georgicorum primo: Strymoniaq; grues & amaris intyba fibris. Et (ut quidam uolunt) eadem dicitur cicorea: quod nobis minime uidetur.
- I** no cum. i. latino absq; aspiratione scribitur: fuit Cadmi filia ex Harmione coniuge: uxorq; Athamatis regis thebarum: & Liberi patris nutrix: nouercaq; Phryxi & Helles: eadem cum Melicerta filio in mare præcipites se dedit: ut narrauit Ouidius libro metamorpho. iiii. eadẽ teste Cicerone de natura deorũ a græcis dicitur Λεικωβέα hoc est alba dea: a nobis uero Matuta: quæ aurorã significat. unde matutinus Priscia. teste deriuat.
- I** nclytus prima cum. i. latino: penultima cum. y. græco: & absq; aliqua aspiratione scribitur: deduciturq; a κλυτος quod alium & clarum indicat: quasi nobilis sit & eximius.
- I** ntaphernes cum. t. exili scribitur: fuit nobilis persa: unus ex his: qui cum Dario in magũ coniuauerunt: ut

in dictione Darius uidimus.

- I**o cum. i. latino scribitur: fuit Inachi argiuorum regis filia a Ioue ardentem amata. de qua Ouidius metamorphoseos primo omnia pertractauit. hæc cum ad ægyptios pergeret dicta fuit Isis & Osiri Iouis filio: qui post mortem dictus fuit Apis nupsit: ut in dictione Osiris uidebim⁹. Et declinat in genitio huius Ionis & huius Ioni: & hanc Ionem. Plautus in uidualia. Quod si argus seruet qui oculus totus fuit: quem quondam Ioni in uno custodem addidit.
- I**on similiter scribitur: fuit poeta græcus: de quo sæpe meminit Plutarchus: & latine interpretatur uiola.
- I**ocasta absq; aliqua aspiratione scribitur: fuit Creontis thebani ex alto sanguine filia: ut sapiens Statius in thebaide: & Seneca in tragædiis ostenderunt: nupsitq; primum Laio thebanorum regi. Post cuius necem nupsit Oedipo incognito filio: quem postq; regnum abiecit uidit: & filios Eteocle & Polynicem mutuis uulneribus se confixisse: gladio se peremit: uel (ut alii dicunt) laqueo se suspendit. Eadem habuit fratrem Creontem nomine: ut ostendit Seneca in initio secundi actus Oedipi.
- I**ocastus eodem modo scribitur: fuit teste Homero li. x. odyssæ filius Acoli ex Lepatra coniuge.
- I**onia cum. i. latino utrobique scribitur: græcog; est regio: atq; colonia in extremitate minoris asiæ uersus nos: media (ut scribit Pomponius) inter cariam & æoliã: quam a caria (ut ait Solinus) Mæander filius diuidit accipitq; nomen teste Vitruuio libro quarto de architectura a duce Ionio. nam (ut ait) posteaq; athenienses ex responsis Apollinis delphici cõmuni totius hellados consilio tredecim colonias uno tempore in asiã deduxerunt: ducesq; in singulis coloniis cõstituerunt: & summam imperii potestatem Iono dederunt: quem etiam Apollo delphicus suum filium in responsis est professus: isque eas colonias in asiã deduxit: & caria fines occupauit: ubique ciuitates amplissimas constituit ephesum: militum: myantha: quæ (ut ait) olim ab aqua uorata fuit: præter fanniteo: colophona: chiũ: erythras: phacæa: elazomene: glebede: melite: & ultimo uenit smyrnam. nã & subdit idem auctor: eam terræ regionem a duce suo Ione appellarunt Ioniam. ibique deorum immortalium templa constituentes cooperunt phana ædificare. Et primo Apollini Pan Ionio ad eam (uti uiderant in achaia) constituerunt: & eam doricam appellarunt: quod in doricis ciuitatibus primum facta eo genere uiderunt. nonnulli uero alii ab Ione Inachi filia hoc mare ionicum cognominatum uolunt quæ uersa in bouem: & a Iunone cestro exagitata in id mare se iecit. ponitur etiam alia ionia regio a Solino in extremis Italia: quam sic quoque dictam dixit ab Ione Naulochi filia: quam proaciter insidentem uis Hercules interemit: a qua quidem regiuncula ionicum mare dictum quidam uolunt. Alii uero a superiori ionia eo q; interiacetes insulas intra se duodecim ciuitates habentes continent. & hoc ionium magnum dici uolunt ut Virgilius libro aeneidos tertio: Insula ionio in magno. Quod uero Italia & Sicilia propinquum est: ionium minus cognominari contendunt. Seruius autem super id Virgiliũ Ionio in magno inquit. ionium finem esse immensum ab ionia usq; ad siciliam & eius partes esse adriaticum arcadicumq; & epiroticum.
- I**ole cum unico. i. scribitur: fuit filia Euriti regis oechalia: ut in dictione oechalia ostendimus. & in dictione hylus uidimus: qualiter post mortem Hercules ex eius iussu Hyllus uxorem illam duxit.
- I**opas cum. i. latino & unico. p. scribitur: fuit aphroge rex unus de proeis Didonis: ut punica testatur historia.
- I**oppe cum. i. latino & duplici. p. scribitur: urbs est maritima palæstina: quæ (ut quidam uolunt) regia fuit Cephei patris Andromadæ. hæc referente Solino in collectaneis: & Plinio libro quinto naturalis historia: fuit antiquissima omnium urbium in toto orbe utpote ante inundationem terrarum condita. Quin & ostendit saxum: quod uinculorum Andromadæ uestigia adhuc retinet: quam expositam bæluæ (ut ait Solinus) non irrisus rumor circumtulit. nonnulli uero alii non ioppem palæstina: sed aliam india urbem fuisse dicunt: ubi Andromada marina bæluæ fuit exposita: cum dicat Ouidius libro primo de arte amandi: Perseus andromaden nigris portauit ab indis. Et Sappho ad Phaonem: Candida si non sum placuit cepheia perseo. Andromadæ patriæ fusca colore suæ. Ego uero etsi ex aethiopia india partibus illam fuisse confitear: ad ioppem tamen palæstinae deductã existimo: cum bæluæ exponenda fuit.
- I**ota cum. t. exili scribitur: nomen est litteræ græcæ: quæ formam habet nostri. i. latini: de qua Martialis in fine libri secundi inquit: Vnum de titulo tollere iota potes. de quo in dictione beta.
- I**ophe fuit teste Homero in decimo odyssæ filia Acoli ex Lepatra coniuge.
- I**phinassa cum. i. latino utrobique & duplici. s. scribitur: fuit una ex filiabus Proeti argiuorum regis quæ post liberationem suam & fororum nupsit Melampo liberatori: ut uidebimus in dictione Proetus. fuit & alia eiusdem nominis Agamænonis ex Clytemnestra filia: ut libro iliados nono monstrauit Homerus.
- I**phis cum. i. latino utrobique scribitur: fuit teste Homero libro iliados nono Patrocli amica: quam Achilles euerfa urbe in schyro quæ troianis auxilia miserat: inde raptam amico donauit.
- I**phierates cum. i. latino & c. & t. exilibus scribitur: fuit teste Aemilio Probo: & Plutarcho: uir atheniensis nõ

eam magnitudine rerum gestarum quae disciplina militari nobilitatis. talis enim dux fuit ut non solum aetatis suae cum primis compararetur: sed ne de maioribus quidam natu quisquam anteponebatur: multum in bello est uersatus: saepe exercitiis praefuit: nunquam sua culpa male rem gessit: semper consilio uicit: tantumque eo ualuit: ut multa in re militari partim noua attulerit: partim meliora fecerit.

I phidamas cum. i. latino scribitur: fuit teste Homero libro. xi. iliados: Antenoris filius corpore lato atque pectore: qui ab Agamemnone interemptus fuit bello troiano.

I phigenia cum. i. latino tribus in locis: & ph. aspirato scribitur: fuit Agamemnonis filia ex Clytemnestra. haec (ut poetae ferunt) dum Agamemnon in aulide famosissimo portu boetiae ceruicem Dianae ignarus occidisset: & ob id Diana a graecis uentos abstulisset: responso habito: ut Agamemnonio sanguine dea placaretur. impetrata Vlyxis astu a matre Clytemnestra sub colore facti matrimonii cum Achille immolare parabant: sed miseratione numinis: oblata a Diana pro ea ceruicem Iphigeniam in tauricam regionem uentis deportauit: ubi operante dea a Rege Thoante eius sacris praeposita fuit: quae ipsi Dianae ex humano sanguine fieri consueuerant, unde ait Chorus apud Senecam in octauia:

Leues aurae zephyrique leues

Tectam quondam nube aetherea:

Qui uexistis raptam saeuae

Virginis arae iphigeniam.

Post haec ut dixit Oui. libro quarto de tribus epistola quarta: Orestes Iphigeniae frater maerata Clytemnestra matre: & Aegistho patre uel adultero ob ultionem patris factus exul: & regno pulsus: ac rapta sibi a Pyrrho Hermione coniuge infans efficitur: ob quod liberandus a Pylade socio in tauricam regionem ad aram Dianae deducitur: sed cum gentes illae alienigenas pro hostiis Dianae immolandis capere consueuerint Orestem tunc ipsum forte aduenientem ceperunt. Qui a sorore Iphigenia cognitus: occiso Thoante Rege ipsa Dianae simulacrum absconditum in faece lignorum sustulit: atque cum fratre Oreste aufugit: qui tandem ad Italiam uenientes in aricia simulachrum locauerunt. unde & teste Herodoto libro historiarum. iiii. Iphigenia ipsa deinde apud tauricos pro dea habita & honorata fuit.

I phthime cum. ph. & th. aspiratis atque. i. latino scribitur: fuit teste Homero in odyssaea una ex filiis Icarum.

I pidamus cum. i. latino utrobius scribitur: fuit teste Orpheo unus ex argonautis.

I phiclus cum. i. latino & c. exili scribitur: fuit filius Amphitrionis: & frater Herculis habuitque filium nomine Iolaum: ut ostendit Hesiodus in aspidam.

I phitus cum. i. latino & t. exili scribitur: fuit teste Homero libro octauo iliados: uir troianus: quem Virgilius libro aeneidos. ii. maximus armis dixit: huius filius Archeptolemus fuit auriga Hectoris: post mortem Enipei prioris aurigae.

I ris cum. i. latino utrobius scribitur: dicitur a poetis Iunonis nuntia: immo & Iouis: ut sapissime ostendit Homerus: hanc libro. xi. iliados dixit idem Homerus habere alas ex auro & pedes ex aera: & ut Seruius super quintum aeneidos: ex magna parte seruat: ut Mercurius ad concordiam: Iris ad discordiam mittatur. Vnde graece dicitur ἱρις: quae lis est: & discordia dici uoluit: accipiturque pro arcu: quem uariis coloribus in caelo conspicimus: ob quod dicitur thaumantis. i. admirantis filia: quae ex illius uariis coloribus nascitur. nam ὄρεω a graece latine admiratio interpretatur. Est etiam Iris teste Plinio libro. xxi. naturalis historiae: herba suauissimi odoris (cuius radicem in unguentis & medicinis commedari dixit) laudatissima in illyrico locis siluestribus. habetque caule cubitale & rectum: floresque diuersi coloris: specie sicut arcus caelestis: unde nomen assumpsit.

I roniam cum. i. latino utrobius scribitur: eius tamen prima apud graecos est ei diphthongus: sed quidam abiiciunt. e. & retinent. i. productam: alii contra abiiciunt. i. & retinent. e. similiter productam: ac scribunt eroniam. nam deriuatur ab ἔρις: quod est dico: & inde ἔριον ὄρεω in uoce passiuo: quod est cauillor. unde ironiam illusionem interpretati fuerunt: nam figura est: cuius aliquid per contrarium & illusionem effertur: ut Horatius: Optat ephippia bos piger optat arare caballus.

Vnde teste Seruio: Tunc quoque fit: cuius aliud uerba: & aliud continet sensus: ut Virgilius libro. iiii. aeneidos

Egregiam uero laudem: & spolia ampla refertis

Tuque puer tuus magnum & memorabile nomen.

I schyros prima cum. i. latino: sequens cum. ch. aspirato: & y. graeco scribitur: & latine fortis interpretatur: nam descendit ab ἰσχυρός: quod est praeualeo: habetque accentum in prima.

I sagoge cum. i. latino & unico. s. scribitur: quae in initio apud graecos sit ei diphthongus: sed a nostris abiecto e. retinetur. i. longa: & dici potest introductio. Nam componitur ex ἰς: quod est in: & ἄγω duco. Vnde ἰσάγω ductio.

I saeus cum. i. latino & a. diphthongo scribitur a graecis. hic teste Libano sophista graeco fuit romae tempore Domiciani declamator admirandus. de hoc meminit Quintilianus libro duodecimo de institutione oratoria: quum de genere dicendi pertractans ait: Transeo plurimos Lycurgum Aristogitona: & his priores Isaeum Antiphontem: quos ut homines inter se genere similes: differetes dixeris specie. Iuuenalis etiam in tertia

fatyra cum ait de græculis: Ingenium uelox audacia perdita sermo Promptus & iszo torrentior. ede quid illum Esse putes? hunc etiam Plinius nepos: qui eisdem temporibus fuit: plurimum laudat in quadam epistola inquit: magna Isæum fama præcesserat: maior inuentus est: summa est facultas: copia: ubertas: dicit semper ex tempore: sed tanquam scripserit diu: sermo græcus immo atticus: præfationes terfæ: graciles dulces: graues interdum & erectæ: poscit controuersias plures: electionem auditoribus permittit: sæpe etiam partis surgit: iam igitur incipit: statim omnia ac pene pariter ad manum sensus reconditi occurrant uerba: s; quælia quæsitæ & exulta multa lectio: in subitis multa scriptio elucet: proœmiatur apte: narrat aperte: pugnat acriter: colligit fortiter: ornat excelsè: postremo docet: delectat: afficit: quod maxime dubites crebra anthy memata syllogismi circūscripti & effecti: quod stilo quoque assequi magnum est. incredibilis memoria: repetit alius: quæ dixit ex tempore: ne uerbo quidem labitur ad tantam $\phi\rho\alpha\sigma\tau\iota$ studio & exercitatione peruenit. nam diebus & noctibus nihil aliud agit: nihil audit: nihil loquitur: annum sexagesimum excessit: & adhuc scholasticus tantum est. quo genere hominum nihil aut sincerius: aut simplicius: aut melius. nos uero qui in foro uerisq; litibus terimur multum maliciæ (quæ uis nolimus) addiscimus: schola & auditoriuz ficta causa: res inermis: innoxia est: nec minus scælix senibus præsertim. nam quid in senectute scælicius: quæ quod dulcissimum est in iuuenta. Quare ego Isæum non disertissimum tantum: uerum etiam beatissimum iudico. hæc de illo Plinius præfatus scripsit. At uero contra uel ex inuidia: uel ex alia quauis causa Quintilianus libro. x. de institutione oratoria dixisse uidetur: cum ait declamatores quosdam peruersa ducit ambitio: ut exposita controuersia protinus dicere uelint: cum etiam quod est in primis friuolum ac scænicum uerbum petant: quo incipiant: sed tam contumeliosos in se ridet inuicè; eloquentia: & qui stultis eruditi uideri uelint: stulti eruditus uidentur.

I sandrus cum. i. latino scribitur: fuit filius Bellerophontis.

I sper. i. latinum scribitur: fuit teste Herodoto li. historiæ. i. urbs a babilone distans itinere diez. viii. apud quæ fluuius est non magnus: is similiter cognominatus: quod bitumē (ut ait) structuræ totius babilonis submisit: fuit

I sis per. i. latinum utrobique scribitur: fuit filia Inachi argiuorum regis. dicta primo Io: ut in ea dictione uidimus de qua latius uidebimus in dictione Osiris: & declinatur genitiuo Isis & Isis: sicut Paridis & Paris. Iuuenalis in satyra Credo pudiciam: Ut spargat in ædem isidis antiquo quæ proxima surgit ouili. idem & in ea quæ incipit Scire uelim: Nuper enim repeto phanum isidis: sed quæ etiam faciat huius Isis ostendunt poetæ cum ponunt in accusatiuo Isim. Lucanus circa finem libri. viii. Nos in templa tuam romana recepimus isum: nisi dicamus eiusmodi genitiuuz non semper accusatiui regulam sequi: ut thyridis thyrim.

I sidorus absque aspiratione: & per. i. latinum ubique scribitur: habetque accentum in penultima: ut uidebimus in dictione profodia: nomen est uiri proprium: quod multi peruersè scribunt: inter quos Apuleius grammaticus alias præstantissimus aspirari uoluit: quod inter græcos nunquam emendate comperit.

I sion cum. i. latino scribitur: fuit filius Phlegyæ: & pater centauroz: de quo uidimus in dictione centaurus.

I smenius cum. i. latino scribitur: fluuius est boetiæ: sic quoque cognominatus teste Diodoro libro historiæ; v. ab Ismeno filio Pelasgi.

I ster absque aliqua aspiratione: & per. i. latinum in initio scribitur: est maximus fluuiorum europæ: alio nomine uocatus danubius: ut Ouidius libro. i. de ponto: Ripæ uicina binominis istri. Oritur teste Plinio lib. iiii. naturalis historiæ in germania iugis montis noriæ: ex aduerso oppidi gallorum scauri: qui uersus septentrionem per innumeras lapsus gentes immenso aquarum auctu: a sinistris germanos linquens: & a dextris teutonicos: cum primum in illyricum uenit: mutato nomine ister dicitur: & longissimo peracto cursu septemque diuisus hostiis secundum Solinum: uel sex secundum Plinium in mare ponticum defluit: ut late præfati auctores executi sunt. & Aristoteles libro. ii. meteoroz ait: singula ora tanta esse: ut in sexaginta milia passuum longitudinis mare uincant.

I stria absque aspiratione: & per. i. latinum utrobique scribitur: ponitur locus ab Herodoto libro historiæ. ii. iuxta pontum: ad hostia istri: quem incolere dixit milesiorum colonos: & ab istria absque aspiratione deducitur teste Pompeio histrio: quæ apud nos aspiratur: ut in ea dictione uidimus.

I sthmus cum. th. aspirato scribitur: dicitur hoc nomine ea terræ strictura: quæ inter duo maria conclusa iter porrigit ad cheronæsum: dicente Ouidio in quarta epistolarum heroidum: Aequora bina suis oppugnant fluctibus isthmon. Et tenuis tellus audit utrumque mare: idem in octaua: Qua duo porrectus longe freta detinet isthmus Vecta peregrinis hippodamia rotis. Et Lucanus libro. i. Gracilis mare separat isthmus: suntque duo celebres achaicus: super quo fuit urbs corinthi: & thracicus super quo teste Plinio li. iiii. naturalis historiæ: cardia similiter ciuitas fuit.

I smarus absque aspiratione & unico. r. scribitur: mons est thraciæ teste Seruio super decimum æneidos: & in buccolico: & (ut refert Vibius) in quadam sui parte asperrimus est & incultus: in residuo uero fertilis uincetis & oliuis: Quin etiam clarissimus est Orphei incolatu: & inde ismarius: ut Ouidius in prima epistolarum; Dicitus es ismariis isse per agmen equis.

Super hoc monte fuit ismata ciuitas ciconum: qui gentes sunt thraciæ: de qua meminit Virgilius li. x. cum ait

Et tris quos idas pater: & patria ismara mittit. hanc teste Homero libro. ix. odyssæ: Vlyxes a troia discedens destruxit: quâ iam maroniam uocari in glosula quadam Homeri comperi.

sofrates absq; aliqua aspiratione & per. i. latinum scribitur: fuit græcus orator clarissimus Gorgiæ auditor multorum philosophorum præceptor eximius: ut Macrobius attestatur. hic teste Quintiliano in diuerso dicendi genere nitidus fuit & compositus: & palæstræ magis q̄ pugnæ accommodatus. omnes dicendi ueneres sectatus in inuentione facilis: honesti studiosus: in compositione adeo diligens: ut cura eius reprehendatur huius orationes adhuc extant: quas maxima semper cum uoluptate lego.

sus cum unico. s. scribit: fuit filius nothus Priami: de quo in dictione antimus uidimus. talia græcuz uocabuluz est: & cum unico. l. & i. latino utrobiz: atq; t. exili scribit: regio est europæ & oituz totius orbis celeberrima: prius quidē dicta hesperia ab Hespero Atlantis fratre: a quo & hesperus occidentalis stella cognominata fuit. hic teste Iginio pulsus a fratre ab ea regiōe: quæ nunc hispania dicitur: & ea loca ubi nunc est italia occupans hesperiam a se: ut pristinam aliam prouinciam nominauit. At uero Macrobius li. saturnialium primo: quum de diei partibus loquitur inquit: ab hespero stella (quam græci hesperaz dicunt) dicta est italia hesperia: q̄ occidui subiecta subiecta sit. Quod Virgilius libro primo aeneidos confirmasse uidetur cum ait.

Est locus hesperiam graii cognomine dicunt.

Terra antiqua: potens armis atq; ubere glebæ Oenotrii coluere uiri: nunc fama minores.

Italiam dixisse ducis de nomine gentem. nam post cognomen hesperiaz dicta fuit oenotria: siue ab optio uino quod in illa nascit: ut dixit Seruius super primū aeneidos οἰνοσ græce latine uinum dicit: siue ut Varro docet & Pli. li. iii. naturalis historiae confirmauit: ab Oenotrio fabinorū rege in ea regnate. Post hæc uero & italiæ nomen assumpsit ab Italo siculorum rege: qui (ut ait Seruius) uenit ad eaz partē: in qua regnauit Tur nus: eaq; suo nomine uocauit Italiaz. unde illud est: Fines super usq; sicanos: hoc est usq; ad ea loca: quæ sicani. i. siculi sic quoq; a fratre Itali cognominati tenuere. At uero Aristoteles libro politicorum. vii. hæc de italia inquit: Tradunt periti homines illorum locorum fuisse Italum quendam oenotriæ regem: a quo mutato noie: pro oenotris itali sunt uocati: oramq; illam maritimam europæ: quæ est inter scylacæum & lamedicū sinum. distant uero hæc loca inter se meridiei iter. italia nomen primum cepisse. hunc ergo Italum tradunt agriculturaz oenotrios docuisse: cum prius essent pastores uagi: ac palantes: illisq; leges posuisse: & commensationes instituisse primum. hæc ille. sed Varro ab omnibus discordare uidet. nam lib. ii. de agricultura sic ait: Græcia antiqua. prout scribit Timæus in historiis: quas de rebus publicis scripsit: tauros uocabat italos. a quorum multitudine pulchritudine ac scetu italia dixit. Est & italiæ pars latium sic dicta: (ut quidā asserunt) q̄ in italia inter præcipitia alpium apœnini lateat. Varro a latino dictum putauit. Virgilius a latēdo. unde ait libro. viii. aeneidos cum Euandrum Aeneæ loquentem induceret.

Primus ab æthereo uenit saturnus olympo

Arma Iouis fugiens: & regnis exil adēptis.

Hic genus indocile ac dispersum montibus altis.

Composuit. legesq; dedit: latiumq; uocari.

Maluit. his quoniam latuit saturnus in oris. Idem Ouidius libro fastoruz primo confirmauit dicens: Dicta quoq; est latium terra latente deo: & fuit teste Solino latiū antiquū antea a tyberis hostis ad usq; lyrim amnem: qui campaniæ fluius est: minturnas maritimam urbem cursu mediā diuidens. Seruius uero super primum aeneidos ait usq; ad fundos urbem campaniæ contineri: & aliud insuper esse latium dixit: quod a fundis usq; ad uulturnum protenditur. Quare cum antiquum latium hesperiam postea cognominatū ipse dixerit. uoluit hoc a Virgilio annotari cum dixit libro aeneidos. vii. Mos erat hesperio in latio. Rursuz & hæc omnis ora nonnunq; post hæc aufonia dicta fuit. nam ut subdit Aristote. ad ea quæ supra dixit: incolebant inquit eam italiæ partem: quæ ad tyrrhenam uersa est opici qui nunc Aufonii nominant. hæc ille: & ut quidam ferunt ab Aufonio Vlyxis filio: sic quoq; cognominata fuit. Quodq; nomen durasse usq; ad romanos consules ostendit Liuius libro. ix. ab urbe dicens: Minturnas & uestinas urbes aufonidum gentem eē. Quare dixit Virgilius libro. viii. aeneidos: Tum manus aufoniæ & gentes uenere sicanae. Sapius & nomen posuit saturnia tellas. nam post hæc quoq; ipsa eadem ora magna græcia nuncupata fuit. Et ut dixit Plinius lib. iii. naturalis historiae fluius silaris campaniā a lucania diuidit. erat igitur in campania neapolis salernuz & capua: a cuius planicie (q̄ alia italiæ pars est plurimum montuosa) dictam campaniā multi uoluerunt. Post campaniam est lucania. post lucaniam uero brutium siue calabrya: quæ usque in rhegium terminatur. ois igitur iam italia inter adriaticum & tuscum mare siue superum & inferum in formam cruris (ut nobis magis placet) extenditur: & a iugis alpium porrecta dorsoq; apœnini montis se paulatim attollens usq; ad rheginuz uerticē & littora brutiorū ptendit. nā in ultimo sui in duo cornua scindit. Quozq; alter (& qd breuius) ioniū respectat æquor: alter siculū i extremitate rhegiū oppidū cōtinēs ei⁹ lōgitudō ab augusta prætoria quæ (ut dixit Pli. lib. iiii) i alpino sine sita est: & p romam capuāq; porrigit usq; ad oppidum rhegium: teste

Solino decies centena & uiginti milia passuum colligitur. latitudo uero ubi plurimum quadringenta decē
Vbi minimū centū triginta sex milia. umbilicum (ut Varro tradidit) in agro reatino habet. hæc dudum te-
ste Plinio præfato in libro tertio ex latere maris superi rubiconem fluuium pro finibus habuit. Quod Lu-
canus libro primo prius dixisse uidetur: cum ait: Et gallica certus Limes ab aufoniis determinat arua colōis
ita ut a rubicone usq; ad alpes gallia fuerit: quæ cisalpina dicebatur: & non Italia. nonnulli uero hos fines de
prouincia quo ad romanos duces: & non quo ad generalem Italiae situm intelligere uoluerunt.

Ithaca cum. i. latino in initio: & th aspirato atq; .c. exili scribitur: insula est teste Plinio libro quarto naturalis
historiæ ante leucada & achaiam posita: cantatissima quidem domino ulyxco. in qua mons neritos esse dici-
tura quo tota insula nonnunq; neritos nuncupatur.

Ithatus eodem modo scribitur: & cognomen fuit Vlyxis ab ithaca insule susceptum.

Itymoneus prima cum. i. latino sequens cum. t. exili: sequente. y. greco scribitur: fuit teste Homero libro un-
decimo iliados Hyperochi filius: uir in primis strenuus: & in bello pylorum cum helidensibus ab Nestore
iaculo interfectus.

Ithyreus cum. th. aspirato: sequente. y. greco scribitur: dicitur quasi ithyneus: hoc est directius: ab ἰθυρεός
uerbo greco: quod est dirigo. unde epitheton ponitur a Virgilio arcuum parthicorum: cum dixit libro ge-
orgicorum secundo:

Ithyreos taxi torquentur in arcus.

Itys prima cum. i. latino: sequens cum. t. exili: sequente. y. greco scribitur: fuit Terei thracum regis filius: qui
a matre Progne in frustra defectus patri in cibum datus fuit: ut late monstrauit Ouidius libro metamorpho-
seos. & libro secundo de sine titulo ait: Atq; sua cæsum mare quærūt itym. & est fasianus: ut dixit Serui:
nam in fasianum conuersum Itym dixere poeta.

Iudæus cum. æ. diphthongo scribitur: nomen est deductum a iudæa: quæ similiter per. æ. diphthongū scri-
bitur. & prouincia est palæstinæ: quam pulcherrime Solinus in collectaneis descripsit: & iudei populi: quæ
gens est teste Plinio libro. xiii. naturalis historiæ contumelia numinum isignis.

Iugurtha cum th aspirato scribitur a grecis: fuit numidiæ rex: de quo Salustius elegantissimā scripsit historiā.

Iulus cum unico. l. sequente. u. scribitur: fuit Aenæ filius: de quo uidimus in dictione Aescanius. cuius deriuat-
tium teste Prisciano libro secundo est Iulius: cum. i. latino post. l. & ante. u. Virgilius libro æneidos primos
Iulius a magno demissum nomen iulo.

Dictionum græcarum: quæ latine scribuntur: & ab. i. littera initium sumunt orthographia finit.

Incipit earum: quæ a. k. consonante scribuntur.

Littera consonans cum eandem habeat in metro potestatem: ac in uoce sonum cum. c.
nostra consonante: penitus superuacua esse uidet: ut dixit Priscianus: & ante illuz prius
dixerat Quintilianus: nec ulla prorsus uidet ratio cur in dictionibus græcis. a. sequenti
potius scribi debeat. k. q; .c. ut nonnulli ex modernioribus absq; ratione uoluerūt: cō-
perimus etiam Nigidium Figulum: quo & Varrone nemo apud romanos doctior habitus
fuit: nunq; in cōmentariis suis. k. aut. q. fuisse usum: ideoq; nos omnes dictiones græcas

quas latine trāsribendas nouimus per. c. ipsuz & nō per. k. ex maiore nostre auctoritate scribemus. Et ma-
xime cum id idē Festum approbatissimū auctorem obseruasse nouerimus.

Kyriceison prima cum. y. greco: & reliquæ cum. i. latino scribunt: dictione est composita ex kyrice quod signifi-
cat domine: hoc est uocatiuuz huius nominis kyrice qui est dominus: & elcison: quod est miserere: hoc est
imperatiuum huius uerbi ἑλεῖν quod est misereor: sed in compositione p collisione abiicitur primæ dictionis
ultimum. e. per modum quem supra uidimus: & proferri debet cum accentu in penultima.

Dictionum græcarum: quæ latine scribuntur: & a. k. littera initium sumunt orthographia finit.

Incipit earum: quæ ab. l. consonante scribuntur.

Abatus cum. t. exili scribitur: nomen est uiri propriū: de quo saepe Plutarchus meminit

Labdacus cum. c. exili scribitur: fuit Polydori filius filii Cadmi: & frater Laii.

Labynetus cum. y. greco & t. exili scribitur: fuit teste Herodoto libro historiæ primo
uir babyloni⁹ filius Nistocris reginæ babylonæ: & ipse fuit babyloniorum tyrānus.

Labyrinthus secunda cum. y. greco: sequens cum. i. latino: & ultima cum. th. aspirato scri-
bitur: fuit structura pro magna sui parte subterranea: uiarum ambagib⁹ adeo inflexa: ut

nemo: qui intrasset posse inde exire diceret: & teste Pli. li. xxvi. naturalis historiæ: in quattuor mundi parti-
bus compertus fuit: ut primus in ægypto: secundus in insula cretæ: tertius in insula lemni: quartus in clusio
italiæ oppido: sed creticus famosior habet: & a poetis græcis & latinis maxie decātatus: fabricatusq; a Dæ-
dalo ingenioso fabro: dicente Ouidio li. viii. metamorpho.

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis.

Ponit opus: turbatq; notas & limina flexu.

Ducit in errorem uariæ ambage uiaruz. Et subdit: Vix ipse reuerti Ad limen potuit: tanta est fallacia tecti.
Sed teste